De mulierib; que male c̄ceptos excutiunt aut necant.

re desiderant. Si fecisti iii. xl mas p̄ legitimas ferias debes poenitere.

De muliere cū filio suo paruulo fornicante.

Fecisti qd̄ quedā mulieres facere solent. ut cum filio tuo paruulo fornicationē faceres. ita dico ut filium tuū supra turpitudinē tuā poneres. ut sic imitareris fornicationē. Si fecisti ii. annos p̄ legitimas ferias debes poenitere.

De mulierib; iumētū uel aliqd̄ animal ad coitū p̄uocantib;

Fecisti qd̄ quedā mulieres facere solent. ut succumberes aliquo iumento. & illud iumentum p̄uocares ad coitū qualicumq; posses ingenio. ut sic coiret tecum. Si fecisti carrinā unā in pane & aqua cum vii. sequentib; annis peniteas. & numquā sis sine poenitentia.

De mulierib; c̄ceptos suos excutientib; t̄ maleficiis. t̄ herbis.

Fecisti qd̄ quedā mulieres facere solent. que dum fornicantur & partus suos necare uolunt. agunt ut utero c̄ceptos excutiant suis maleficiis. & suis herbis. ita ut aut conceptū interficiant. aut excutiant. t̄ si non dū conceperunt. faciunt ut non concipiant. Si fecisti aut c̄sensisti aut docuisti iii. annos p̄ legitimas ferias debes poenitere. Sed antiqua definitio usq; ad exitū uite tales ab ecclā remouet. Nā quotiens c̄ceptum impedierat. tot homicidiorū rea erit. Sed distat multū utrū paupercula sit. & p̄ difficultate nutriendi. t̄ fornicaria causa. & p̄ sui sceleris celandi faciat.

In concilio aut̄ hilerdensi de supra dictis qui infantes suos ex adulterio susceptos excutiunt. Ita precipitur:

De mulierib; partus suos necantib;

Hi uero qui male conceptos ex adulterio factos. t̄ editos necare studuerint. t̄ in uentribus matrum. potionib; aliquib; colliserint. in utroq; sexu adulteris. id̄ patri. t̄ matri. post vii. annorū curricula cōmunio tribuatur. ita tamen ut omī tempore uite sue fletib; & humilitati insistant.

Itē de c̄ceptib;

Donasti. t̄ ostendisti alicui. ut conceptum suū t̄ excuteret. aut occideret. Si fecisti i. annum p̄ legitimas ferias poenitere debes.

Itē de eodē

Excussisti conceptum tuū antequā uiuificaretur. Si fecisti i. annum p̄ legitimas ferias peni

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNI FREIBURG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0516